



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 60. An opiniones novæ potiùs docendæ & sequendæ sint quàm  
antiquæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

sint in judicio præcipites; quidam enim gloriosum putant, si è vestigio ad casum respondeant, & sëpe impingunt graviter, ac postea ægrè fatentur errorem, & rem difficulter redintegrant: in illis præferunt, quæ à jure positivo pendent, periculofum est subitò ferre sententiam; advertique semper, minùs doctos esse Doctores magis Resolutos, sed malè. 2. Qui non profiteantur nec passim sequantur laxitates, nam alioqui multas opiniones habent velut certò probabiles, quæ tamen re ipsa sunt tenuiter, vel dubiè, vel ad summum probabiliter, aut extrinsecè tantum probabiles, de quibus à n. 366. usque ad 370. dictum est. 3. Qui etiam non affectent nimium rigorem, nam benignos esse oportet directores animarum, uti dicetur de pœnit. ad c. 2. dub. 3., & rigidi illi implicant animas gravissimis molestiis, difficultatibus, scrupulis. Cæteræ dotes Theologi moralis intelligentur ex dicendis de pœnit. ibidem ad dub. 6., ubi agemus de scientia & prudentia Confessarii.

*Q. 60. An opiniones nova potius docenda & se: 466.  
quendam fuit, quædam antique. R.*

§. I. Opinio dupli sensu appellari potest nova, vel quod opponatur antiquorum DD. opinioni, vel quod nunc sit inventa, fueritque antiquis incognita: si in primo sensu sit nova, non facilè est præferenda antiquæ, sive in practicando sive in docendo, quia si opinio antiqua tamdiu sustinuerit probam & examen Theologorum, meritò illi plus fidimus. Addit Eliç. l. 7. q. 10. & 11. §. 2. antiquos ex dispositione divinæ providentiae debuisse in materiis fidei & morum esse minùs obnoxios errori, quam recentiores, nam si antiqui errassent, fideles non habuissent, à quibus veritatem discerent, nunc autem, licet errarent recentiores, superessent antiqui, quos legendo, considerando & sequendo possent errores suos depo-

nere. Si in secundo sensu sit nova, habeatque grave  
fundamentum, non est ratio, cur securè non possit  
practicari & doceri, uti rectè cum aliis Moya de op.  
prob. q. 4. § 3.

467 §. II. Præferenda est sententia Juniorum,  
si decretum, vel consuetudo, vel rationes no-  
væ & graves afferantur, quas antiqui non considera-  
rint, & tamen præponderent antiquorum rationi-  
bus, quæ etiam facile dissolvantur; ut enim opinio  
nova sit probabilis, non indiget tempore sed funda-  
mento; & ita, inquit Gallego apud Moyam n. ii.  
*Angelicus Doctor multæ scripsit & docuit contri-*  
*alios, qui ante ipsum scripserunt, & tamen ejus op-*  
*niones statim, ac ab ipso traditæ sunt, existimau-*  
*sunt probabiles.*

468 §. III. Notant rectè Caram. & alii cum Raym. ii.  
Explic. nova libert. p. 2. c. 4. §. 7., posse aliquando  
plùs credi Auctoriibus recentibus, qui rem ex profes-  
so & accuratiùs examinarunt, quàm antiquis, nam  
recentes habent hoc, quòd pro ipsis laborarint anti-  
qui, & rationes pro & contra saltem insinuarint;  
unde cùm facile sit inventis addere, recentiores ul-  
triùs pergunt, ibi incipientes, ubi antiqui desierunt;  
sicque videmus, quòd successu temporis eluceant  
veritates & detegantur falsitates antiquis incognita-  
utì patet ex dictis, n. 201., nam *temporis filia* &  
*veritas*, inquit Cicero l. 2. de oratore: ideoque dicit  
Quintilian. *atatem nullam aliam, nascendi for-*  
*bac esse feliciorem, ut cui erudienda priores omni-*  
*allaborarunt.* Quod autem addit Caram., juniori  
subtilioribus ingeniis præditos esse quàm veteres, ei  
eo probans, quia corporis mole & viribus sunt mi-  
nores, hoc solâ enarratione, tumique muto silentio  
refutandum est, inquit Gonet.

469 §. IV. Notandum etiam hic monitum Dian-

p. 10. tr. 14. R. 56., qui cūm retulisset aliquas opinio-  
nes recentiorum, sic subdit, o quanta ego haberem  
et dicerem, quae novitatum amatoribus nimis plau-  
sibilia essent, si calamo et ingenio liberam vagandi  
facultatem praebarem! sed ut sapientissimo Caramue-  
li respondi, Romanus incolatus et aliena pericula  
cautum in scribendo me fecerunt: et revera opinio-  
nes illae singulares in rebus moralibus contra rece-  
ptas Ecclesiae consuetudines vel communes DD. sen-  
tentias ferè semper male olent, et pañim naufraga-  
re videmus, nam vel penes Sacras Congregationes  
remant cauterio inusta, vel postea viri de Et i non  
solum illis minimè adharent, sed potius acriter re-  
fellunt; rectè itaque Baldus; qui contra omnes, non  
rectè loquitur. Atque etiam ideo Gosvinus Nickel  
Generalis X. scripsit 29. Maii 1657. Epistolam ad  
totam Societatem JESU, de sententiis laxioribus  
aliisque exoticis & novis in docendo vitandis: Et  
similem scripsit etiam Ioannes Paulus Oliva Gene-  
ralis XI. 2. Decemb. 1662., iterumque 30. Aprilis  
1667. de cavendis opinionibus moralibus nimis la-  
xis. vide dicenda n. 510.

## D U B I U M III.

An in dubio tutior pars sit eligenda. 471.

**R**Espondeo. Qui in dubio constitutus post dili- 470  
gens examen se nequit resolvere, non tenetur 470  
semper eligere partem tutiorem, sed potest ample- 478  
cti partem faventem suæ libertati, ( etiam minus 478  
tutam ) dummodo sit in possessione suæ libertatis; 489.  
juxta illud axioma: In dubio melior est conditio 489.  
possidentis. Ratio est, quia talis non agit temerè, 495.  
cum utatur suâ libertate: quod cuivis licet, quam- 495.